1517 ? Aprili.

Sigismundus. I. Rex Poloniae Patruus Ludovico Hungariae et Bohemiae Regi Nepoti Suo. – Salutem et faelicium succes=suum continuum incrementum –

139

Serenissime Princeps et Domine Nepos Noster Charissime –

Ad postulationem Vestrae Maiestatis, misimus ad eam, et Ejus istum Regni Conventum Reverendum in Christo Patrem Dominum Mathiam Episcopum Vladislaviensem, Con=siliarium nostrum sincere nobis dilectum, ad agendum, et consulendum in commune Nomine nostro, cum Dominis Consiliariis Maiestatis Vestrae, et Caesareae Celsitudinis Ora=toribus, ea omnia, quae ad Decus, et bonum statum Vestrae Maiestatis et ejus Regnorum con=cernent. Proinde rogamus Illam, ut ei, in omnibus quae referet et agent, plenam fidem adhibere dignetur. Et faelicissime valeat Vestra Maiestas, nosque quod facit, et debet mutuo amet. Datum Vilnae –